



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

XVI. De benedictione fontis baptismalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

12. Interim dum Prophetiæ dicuntur Presbyteri si Catechumeni adsint, Catechizant illos ante atrium vel in aditu Ecclesiæ, nõ autem in eam sicut in Rituali Romano præscribitur, siue sint paruuli, siue adulti, dicuntque & seruant omnia quæ ibidem præcipiuntur vsque ad ingressum Ecclesiæ, quibus peractis, & facta benedictione fontium in Ecclesiam introducuntur vt in Rituali Romano;

TITVLVS XVI.

De benedictione Fontium.

1. **F**initis omnibus Prophetijs, si Ecclesia habuerit fontem baptismalem Sacerdos benedicturus fontem depositis planeta & manipulo accipit pluuiale violaceum, & præcedente Subdiacono cum Cruce & Acolythis cum candelabris, & aliquo Acolytho portante cereum paschalem accensum post Subdiaconum, descendit cum Clero habens à sinistris Diaconum iunctis manibus & tecto capite ad fontem interim Chorus cantat Tractum *Sicut certus*, &c.

2. Cum peruenerint iuxta fontem Subdiaconus inter Ceroterarios sistit se, ita vt habeat fontes inter se & Celebrantem, & ipse faciem ad eum habeat conuersam. Diaconus verò stat paulò post Celebrantem à dextris eius, & prope ipsum Diaconum Acolythus gestans Cereum paschalem. Celebrans verò regulariter, si nihil aliud impediatur, stare debet conuersus ad occidentem. Clerus autem stat circa fontes choris diuisis, vel quasi in gyrum.

3. Finito Tractu Celebrans dicit iuxta fontes *Dominus vobiscum* & orationem vt in *M. H. l. i. i. u. c. t. s.*

iuñctis manibus in cuius fine attollit vocem
cantando *Per omnia secula seculorum*; deinde
prosequitur Præfationem, in qua sex facit Cele-
brans, 1. orat Deum: 2. manu tangit aquam ter,
Primò diuidens aquam in formam Crucis, *Secun-
dò* simpliciter, *Tertiò* effundens aquam versus
quatuor partes mundi. 3. Mutat vocem ter. *Pri-
mò* per modum Orationis. *Secundò* per modum
præfationis. *Tertiò* per modum lectionis. 4. Ha-
lat ter in modum Crucis, & sufflat ter secundum
hanc figuram in missali præscriptam. 5. demittit
cereum in aquam ter profundè, profundius &
profundissimè & eleuat ter. 6. infundit Oleum
& Chrisma & illa commiscet.

4. Dum Celebrans tangit aquam, Diaconus
postea ministranti mappulam ad tergendas ma-
nus ipsius, & dum signat aquam signo Crucis,
Diaconus ipse eleuat umbras *Et uentis, immittit*
ter dum aquam tangit aut cereum demittit.

5. Completa benedictione, sed antequam Ce-
lebrans infundat olea in aquam, unus, vel plures
Sacerdotes, pro numero assistentium cum stolis
violaceis accipiunt aspersoria & aspergunt cir-
cumstantes aqua benedicta, nihil dicentes. Sa-
crista uerò infundit in aliud vas amplum partem
illius aquæ, eamque seruat ad asperisionem loco-
rum, domorum & aliarum rerum, & præcipue in
sequentem diem pro asperisionem populi ad Mis-
sam, non uerò pro omnibus diebus Dominicis,
usque ad festum Pentecostes.

6. Postquam Celebrans infuderit oleum, &
sanctum Chrisma in aquam benedictam, exter-
git diligenter manus suas; Deinde si sint bap-
tizandi baptizat eos, secundum præscriptum Ri-
tualis Romani.